

*ARGVMENTA CAPITV-
 tum sextæ Dictionis quæ
 sunt XXXIII.*

Primum capitulum tractat de lauandis re-
 bus & ære: ibidem etiam tractat de faciendis
 ollis, & furnis et alijs vasis: & de furno calcis
 et sublimationis, et de furno distillationis, et
 de ollis faciendis ad calcem, & de furno ad di-
 uidendos lapides per quatuor elementa: A-
 git etiam de vasis metallinis p̄ soluere & ser-
 uare rem solutã, & inceratam, et de alba, vel
 in multis modis faciendis: & tractat de ablu-
 tione cupri ad corpus et ad fermentum faci-
 endũ in vase metallino. Ibidem etiam agit or-
 dinatè de lauamentis: agit de ablutione cu-
 pri, et quod puluis solis vel lunæ dicitur fer-
 mentum. Et quando miscetur cum calce mi-
 noris corporis, totum dicitur fermentum. Et
 de alexir lunæ ad cuprum, & quæ sunt ibi mit-
 tenda, & quod sufficit lauare & calcinare cor-
 pus maius: et agit de alexir solis, & quæ sunt
 ibi mittenda. Et quidem rationabiliter pa-
 trem interrogat filius. Quæritur etiam ibi-
 dem, an sit melius habere elementa seorsum,
 & fermentum seorsum, & mercurium seor-
 sum, & corpus minus seorsum, an omnia con-
 iungere simul in modum electuarij, vt om-
 nia hæc sint vna alexir. Item quot & quæ in-
 trant